

frater suus, Vlricus de Vriderberc, Otto de Yleburg, Boto de Ilburg, Heinricus marschalcus, Cunradus kamerarius, Heinricus de Korun, Heinricus dapifer, Vlricus de Pake, Johannes de Packe, Sifridus de Mygelin, Wolferus de Pesne et filius ejus, Heinricus de Warin, Heinricus de Crozzne^b), Heinricus schultetus de Lipz, Fridericus Slik. Acta sunt hec anno gratie M. ccc. xxx in capella Grimme.

5

(S.)

2.

Kaiser Friedrich II. überträgt dem Bischof Ekkehard von Merseburg die Vormundschaft über dessen Nichten, die Töchter seines verstorbenen Bruders Dietrich Rabil. Bei Ravenna, 1231 Nov.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 29. Das S. an gelbseidener Schnur (Heffner Kaiser- u. Königssiegel 10 Taf. VI, 47).

Ann.: Vergl. No. 4 und 5.

Fr[idericus] dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum | fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum dilectus princeps noster venerabilis Mesem- 15 burgensis | episcopus nostre celsitudini supplicarit, quatinus tutelam filiarum quondam Theodorici fratris sui neptium suarum et bonorum | ad eas spectantium, sicut ad excellentiam nostram et imperium spectare dignoscitur, sibi de nostra gratia committere dignaremur, nos ejusdem principis nostri devotione attenta supplicationes ipsius favorabiliter duximus admittendas, committentes insuper et concedentes eidem principi nostro 20 de nostre gratia majestatis tutelam predictarum pupillarum suarum neptium et omnium bonorum ad eas spectantium quemadmodum nobis et imperio noscitur pertinere, presentis scripti auctoritate^a) mandantes, quatinus nullus eum super hoc circa presentis commissionis et concessionis nostre paginam molestare presumat. Ad hujus itaque commissionis et concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum 25 sibi fieri fecimus et sigillo nostro jussimus communiri, anno mense et indictione subscriptis. Data apud Rauennam anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense novembris, quinte indictionis.

(S.)

3.

30

Bischof Ekkehard von Merseburg erklärt seine Zustimmung zu dem Verkaufe des Allods in Prizzez und des dazu gehörenden Waldes an das Augustinerchorherrenstift in Naumburg. Schkölen, 1231.

Hdschr.: Or. Perg. Großherzogl. Staatsarchiv Weimar. — Das S. an Pergamentstreifen ist abgefallen.

Ann.: Vergl. No. 1.

Ekkehardus dei gratia Merseburgensis episcopus omnibus hanc paginam inspec- 35 tu|ris salutem. Universorum notitie significamus, quod conventus monialium | in Lipz

1. b) Das zweite z übergeschrieben.

2. a) actoritate.